



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**In Amos, Abdiam, Et Ionam Prophetas, Commentarij  
Francisci Lamberti Auenionensis**

**Lambert, François**

**Argentorati, 1525**

**VD16 B 3868**

Pars Septima. Septimo, aduersum filios Ammon.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35983**

FRANC. LAMB. IN AMOS

trē suum iſraēlem, & irā usq; in finem seruauerunt, fra  
tres dicūtur Edom et Iſraēl, q; à duob; fratrib; genitieſ ſt.

Porrò è cunctis Iſraēlis hostibus, Idumei, præ ceteris,  
Antichristorum & pseudocredentium typum gerunt. Nā  
alij potius, apertos Christiani nominis aduersarios figu  
rant. Illi igitur Idumei, id eſt, hypocritæ, credentium fra  
tres ac Ecclesiæ sancte filios ſe eſſe adſerunt, dum pro fide  
libus à cunctis aberi uolunt, & ipſos fratres ſuos, gladio,  
igne, exilio, rerum ſpoliatione, et omnigeno opprobrio at  
que tormento, perdere, et quicquid ad eos ſpectat, uastare  
nituntur. Perpetuae quoq; iracundiae ſcelus, in sanctos reti  
nent, & illos, in finem usq; odio habent, q; nunquam fieri  
poſſit, ut donec in hypocriſi uiuant, eos uera dilectione co  
pleteantur. Ni filij ſunt mendaci, ac tenebrarum, illi uero  
filij ueritatis ac lucis, ideo oppoſuſ ſunt adfectus eorum.

Sed quid tandem fieri neceſſe eſt? Mittitur ignis diui  
ne indignationis omnia uorans, in urbes, & totum regnū  
eorum, ut nihil non abſumat. Nimirum tempore à deo an  
te ſecula preſinito adueniente, execrabilem pseudocreden  
tiū, id eſt, hypocritarum uel Antichristorum Synagogā,  
& perditissimam factionem, ac Babylonem conuictissimā,  
diſperire ac deficere neceſſe eſt. Veh Idumeis iſtis, sancti  
Iſraēl hostibus ad uratiſsimis, quoniam aduerſum eos, pro  
ueris Iſraēlitis uindictam non fieri, impoſſibile eſt.

P A R S S E P T I M A.

Hec

COMMENTAR. CAPVT II. 19

Næc dicit Dominus: Super tribus sceleribus  
filiorum Amon, & super quatuor, non con-  
uertam eum, eo quod dissecuerit prægnan-  
tes Galaad, ad dilatandum terminum suum.  
Et succendam ignem in muro Rabbath (nō  
nulli scribunt Rabbæ) & deuorabit ædes e-  
ius, in ululatu, in die belli, & in turbine, in die  
commotionis. Et ibit rex eorum in captiu-  
tatem, ipse, & Principes eius simul,  
dicit Dominus.

**A** Non, filius minoris filie. Lot, pater est Ammonita-  
rum Gen. 19. Ni filijs Israël uichenenter infesta-  
liquando fuere. Adcepérant etenim à Deo terram  
gigantum, uocatorum Zömin, ut patet Deuter. 2. Num=rum  
eos deleuit à facie eorum, propter Lot, à quo descen-  
derant. Licet enim uidere eodem loco, quam mīrfice De-  
us omnia partiatur quibus uult, auferens terras à populis  
non nullis, & easdem alijs tribuens. Igitur ablatis populis  
Zömin, eorum terram Ammoniis in possessionem dedit.  
Itidem Chananeorum terras filiis Israël tribuit. At filij  
Ammon, non contenti proprijs terminis, filiorum Israël  
hereditatem, maxime terram Galaad, multa crudelitate  
inuaserunt, ita, ut ei iam prægnantes diuiserint, cogi-  
tantes hac ratione proprios terminos dilatare, & ipsam  
terram Galaad possidere.

Propterea à Domino in suis criminibus dimisi, & ab  
tis minime auersi fuere, quipotius indurati & excæcati,

C 3 donec

FRANC. LAMB. IN AMOS

donec tempore præfinito, igne, gladio, ac grauiſſimis bele-  
litum multibus, Rabbath, prima regni eorū urbs, per quam  
et regnum ipsum intelligitur, Deo et quicquidem iudicante,  
vastata fuit. Tum Melchon ( quod nonnulli codices ha-  
bent, id est, rex eorum, in captiuitatem ductus fuit, et si-  
mul cum eo Principes eius.

Facit admodum hic locus, aduersum eos, quibus non sa-  
tis sunt, que a Deo adcepereunt, sed aliena. aut ut, aut malis  
artibus suis, deprædari, et subripere nuntiuntur, itidem co-  
ira eos qui simplices in Deum credentes diuexare et se-  
ducere non cessant. **N**imirum Ammonitæ seductorū figu-  
ram habent, quod odio semper habuerint filios Israël, et  
allorum rex, foedus cum eis ferire nolucrit, nisi prius euer-  
sis eorum oculis dextris. **R**eg. ii. Sic falsi prophetæ et se-  
ductores, odiunt semper fidelium simplicitatem, et ad id  
nunq; non admittuntur, ut illis claudant, auferantq; oculos,  
maxime dextros, hoc est, synceram ueritatis cognitionē.

Obserua, tam pro præscriptis domini iudicijs, quam p-  
his que sequuntur, q; ubi aliquid non aperte monstratur  
ex sermonibus Dei, quādo scilicet, et a quibus omnia eius  
modi iudicia sint adimpta, non est anxie requirendum.  
**S**ufficit enim credentibus, quod ea impleta esse non dubi-  
tent. **N**imirum enim pro id genus dubijs torqueri, nihil  
utilitatis ad fert, quipotius mentem curiosam, et instabili-  
lem facit. Ea quippe sola dubia sunt anxie et diligenter  
in uestiganda, quorum ignoratia facit, ut textum nemo ca-  
percere possit: quod et nos pro uiribus seruauimus.

Capit